

Exceptiones

Sequitur modo tractatus exceptionum
dñi Innocentij quarti prout videbitur in se-
quens. Et primo sequunt ipsius libelli
vel retractatuli tituli zc.

Contra litteras et sigilla

De legalibus exceptionibus

De exceptionibus contra iudicem

De exceptionibus contra assessorem

De exceptionibus contra auditorem

De exceptionibus contra accusatores

De exceptionibus contra actorem

De exceptionibus contra procuratorem

De exceptionibus contra advocatum

De exceptionibus contra libellum

De exceptionibus contra testes

De exceptionibus contra sententiam diffini-
tiuam.

Contra litteras et sigilla.

Excipitur contra lit-

teras et sigilla multis modis videli-
cet si bulla sit falsa et sigillum. ut extra de
crimi. fal. licet. vel si fuerit facta rasura et po-
stea scriptura. ut in eo. ti. licet. extra de fide in-
stru. c. j. et ij. Item si diuersis manib⁹ fuerit scri-
pta. ut in eo. ti. cum olim Item si filum ruptum fue-
rit. ut de cri. fal. l. licet. Item si data litterarum non
apparuerint. de fide instru. inter dilectos

Item si carta sit vera et littera recens. ibidem

Item si non sit publica manu confecta. in. e. ti.

Item si sit interlinearis scriptura. ut de reli. do.
cum venerabilis. Item si sit contra ius comu-
nenisi de h faciat speciale mentionem. de rescrip-
t. causam. Item si privilegium non facit mentionem
de privilegio. de prescrip. veniens. Item si littere in
sillaba et sillabe in dictione et dictiones in linea
magis distant a se invicem in una quam in alia vel
linee in cartula. de fide instru. inter dilectos.

§. sed contra privilegium. circa fi. Item si gene-
rales littere fuerint derogatur eis per speciales
de rescrip. c. j. Item si suggestionem falsi vel sup-
pressionem veri fuerint impetrate. de rescrip. su-
per litteris. Item si papa appellat patriarcham
vel episcopum venerabile. vel omnes alios cuius-
cunque dignitatis fuerint. quod appellat omnes
dilectos filios. de crimi. fal. q. 3. graui

Item si exempla sue commissionis non osten-

dantur. vel transumptum autenticum. de fide in-
stru. c. j. Item si littere impetrate sint sine ma-
dato nisi sint tales persone de quibus non exiguntur
mandata de iure sed coniuncte persone. de rescrip-
t. nonnulli. et c. ex parte. Lex dicit quod parentes
per filios et filii per parentibus et liberi per patronis
sine mandato admittunt. ff. de procu. l. 3. bec
persone. Item si vni soli cuiuscunque sit dignitatis
papa loquitur in plurali. de cri. fal. q. 3. graui.

Item si impetras non dicat per serie. quod sed non
vntur litteris suis infra annum postquam habue-
rit iudicis copiam. de rescrip. plerumque.

Item si non facit mentionem de sua appellatio-
ne. de confirmatio. vii. bone memorie

Item si dicat in secundis litteris nullis prius
dicantibus iusticie et veritati dummodo non
faciat mentionem de illis. non valet. dicto. c. bone

Item si non fiat mentio de processu negocii. de re ius-
di. inter. Item si contra privilegium vel privile-
giatos impetrant littere non valet nisi fecerint
mentionem de privilegio vel ordine. extra de res-
scrip. cum ordinem. Item si confirmat monachum ad
prioratum. de confirmatio. vii. et in utriusque. c. j. et ij.

Item si secum de littere non faciant mentionem de
re religiosa plenarie. de do. et conu. ex litteris

Item si nomen dignitatis non exprimatur.
de rescript. ad aures. Item dignior persona
non potest per litteras conueniri quam que nomina-
tur expresse in litteris. nec effrenata multitudo
sed non ultra quattuor nec supra maiora ne-
gociis vel beneficiis quam id de quo fit mentio in
litteris expressis. nec apponi debet maior nego-
cium nec dignior persona propter hoc ut actor po-
test transire ad maiora. quia littere impetra-
te non valent. de rescrip. c. sedes

Item si due commissiones in eodem nego-
cio impetrate fuerint et eadem die ad diuersos
iudices non valet. de rescrip. ex tenore. nisi si
at forte ad cautelam. arg. ff. de bo. pos. contra-
ta. l. j. Si quis absolutus nec faciat mentio-
nem de aliquo articulo expresse pro quo fue-
rat excommunicatus. de offi. ordi. ex parte. et de
senten. excom. pro causa. et c. officij

Item si pro rebus que spectant ad forum se-
cularem si fuerint impetrate a papa non va-
lent. de foro. compe. licet. cum multis alijs. de co-
cel. preben. dilectus

non p. de ordi.
et p. p. p. p.

per alios
non p. p.

Exceptiones

Item si littere fuerint impetrate ab excomunicato. de proba. post concessionem. vide. c. j. de rescrip. l. vi. nec virtute appellationis.

Item ipsi considerandi dati est. de rescrip. i. a te. Et si inuenies innouatum. in. c. dilectus.

Item si quod in primis litteris dictum sit nec secunde babeant nec totam serie rei conueniant primas non valent. de offi. dele. ca. ij. ff. de leg. iij. si quis.

Item si absolutionem mandauerit fieri alijs et non facit mentionem expressam de sufficienti cautione prestanda ab absoluentis quod obediat ecclesiastico iudicio. non valens. de sen. exco. ad hoc. de pcel. pben. pposuit.

Item si littere preueniant dispensationem contra statuta canonum sanctorum. non valent. xx. q. i. p. statuta.

Item si a monacho vel regulari canonico impetrant littere sine consensu sui abbatis non nisi in causis ecclesie sue proprijs. de postu. ex pre.

De preci. impa. offe. l. vniuersis.

Item si non facit mentionem de primis expressam de rescrip. ceteris. Et si verum est nisi ab eadem parte fuerint impetrate. de offi. dele. sane. v. essent contrarie. c. ceterum. de rescrip.

Item si littere impetrate fuerint a clerico non consurato licet postea se consurauerit. de rescrip. ex litteris.

Item si littere absolutionis sint generales sic quod simpliciter aliquis sit absolutus non faciendum mentionem de causis excommunicationis. non valent. de offi. ordi. ex parte. de sentent. excommu. cum pro causa.

Item cum laicus impetrat litteras super rebus fidei ecclesie non tangendum. de fo. cope. licet.

Item si non sit expressus articulus super quo conuenit. littere non habent vires quo ad articulum. de offi. dele. cum olim.

Item si conferunt laico decime non valent littere. vi. q. viij. si illo. §. si etiam predia.

Item si impetrate fuerint super proprietate. non valent. ff. de acq. pos. nihil est.

Item si expressam non faciant mentionem de articulis deductis in iudicio vel ex persona tantum cum qua non vult experiri non possunt extendi ad alios articulos vel ad aliam personam. de offi. dele. cum olim. et c. penul. et vlt.

Item si subscripsi decesserunt et non sunt ibi sigilla autentica vel non sunt publica manu

confecta vel conscripta. de fide instru. c. ij. de hac materia copiose habetur de rescrip. c. lxxv. per litteras.

De legalibus exceptionibus

Est canonum ex

ceptiones paucas legales exceptiones contra instrumenta duximus in-

serendas. Potest igitur in primo instrumento obijci quod desit nomen imperatoris. vel annus imperij vel consulis vel pontificis illius. aut quod desit mensis vel dies vel inditio. cum omnia ista sint apponenda possunt dici illegitima si non apponuntur. in autent. de exbi. reis. §. sancimus.

Item si locus ubi confectum est instrumentum et celebratus contractus non sit descriptus. potest hoc illo instrumento obijci. nam duo genera probationum similia sunt testibus et instrumentis. C. de fide instrumentorum. l. a exercendis. Quod igitur requiritur in testibus et instrumentis sed testes de loco referunt. ff. de accu. l. libello. C. de contrab. stipula. optumaz idem ius est ergo in instrumento.

Item locum habet in omnibus instrumentis et rescrip. cum autem tenore instrumenti vis reprobari ut aliqua possint obijci distingue. aut instrumentum est de obligatione. et tunc omnia presumunt soleniter acta. ut in autent. de fide instru. in fi. ff. de v. oblig. l. sciendum. et in sti. de fide §. in fine. nisi quis probet contrarium quod facere potest. ff. de pact. iur. gentium. §. quod vero fere. Si vero instrumentum de confessione fit tunc potest obijci contra tenorem eius quod loquitur indistincte sic non fit causa confessionis. ff. de pba. cum de indebito. §. vlt. et de do. mal. ex cep. l. ij.

Item potest reprobari instrumentum si probetur aliter fuisse gesta quam continetur in instrumento quod potest fieri. ut. C. pl. valere quod agit. pro tum. et c. de pba. l. cum probat.

Item reprobat instrumentum si probetur tale quod probato stare non potest quod in instrumento continetur. C. de contrab. et comit. stipul. l. optumaz. in fi.

Item potest obijci instrumentum quod continetur in se duo repugnancia ut non adbibeat fides. ff. de regu. iur. l. nisi aliter in rescripto.

Item potest obijci instrumentum quod non sit authenticum cum sit exemplum. aut. de fi. instru. §. si quis in aliqua.

(quidam alio
tunc non valent)

Exceptiones

Item qd nō est numerus testium adhibetur qui in publico instrumento debet adhiberi. ut in autent. de si. instru. §. si oportet. Item si non est a tabellione publico pfectum. ut si p puata psona habeat cui nō adhibetur fides. ut. C. de pba. instrumenta. Item qd a prius non est subscriptum et subnotatum qd tamē esse debet. ut. C. eo. n. l. contractus. Item potest obijci in instrumento ut reddat suspectum si qm appareat unum testis qui continetur in instrumento contradicens. ut. ff. quē admodum testamen. aperian. l. j. in fine. Item obijci instrumentum ut habeatur suspectum si non appareat pma sua forma si sit in aliquo oboliū vel abasū vel cācellatum. C. de edic. di. adi. tol. l. j. et ff. de pba. l. si cyrographum. Item si abscissum p nullo habeatur. ut. C. ibidem. Item potest obijci litteris pape vel qbuscūqz rescriptis qd p surreptionem veritatis vel etiā suggestionē falsitatis sunt impetrata. ut. C. si pira ius vel vul. publ. vlti. sed expectabitur secūda iussio. ut in aut. de mādat. pnci. §. si qd aut. et aut. ut nul. audi. §. si nō Item si secūde non faciāt mentionē de pmissis vel si falsa grāmatica est ibi. ut de rescript. ad audientiam Sed supledeant pōribus p annū etiam si nō fecerint mentionē de illis cōualesecunt. ut de rescript. plerumqz

Item sciendū qd vetustas et consuetudo murū vel aliorū verūm non obijci instrumentum vel litteris pape. ut. ff. de pos. bo. fin. ta. et in glo. vlti. Item aliud sciendū qd vbiqz instrumentum suspectum est incumbit probatio pducendi alioquin punitur ut falsarius. ut. C. de eden. qui accusare. cum civiliter agitur d falsos si criminaliter incumbit probatio ei qui dicat. ut. C. ad le. cor. de fal. l. j. et C. de abolit. l. fallaciter. in fine.

De exceptionibus contra iudicē Excipit si sit ordinarius nō debet se intromittere de causa cōmissa a papa pendente iudicio de purg. ca. cum dilectus. Item si sit legitime appellatum ad superiorem de appella. significavit nisi appellationi renūciavit tacite vel expresse de offi. dele. gratū.

Item si sit excommunicatus de re iudi. ad pbādū Item si sit p sanguine aduersarij vel fuerit aduocatus in eadē causa. de ap. postremo.

Item si sit laicus iudex et res sit ecclesiastica vel de foro ecclesiastico. vel si reus sit clericus de iudi. quanto. et c. at si clerici.

Item si sit laicus nō debet iudicare de rebus ecclesiasticis. de iu. patro. quod autem

Item si coram suo non iudice confessus vel puentus fuerit nō nocet. de iudi. at si clerici.

Item si nō sit de eodē foro. ut puta si non habet domiciliū in territorio vel ratione officij vel delicti cōueniatur. nec cōfessus est tacite l' expresse. quia quis sōnt forū alicuius p ista. de fo. compe. licet. nec puenit ille ratio de delicti nec ratione rei. ille enim debet iudicare de re. puta in cuius territorio est re. actor enim debet sequi forum rei. de fo. compe. cum sit.

Item si recusat sit iudex debet causam alij cui persone idonee d consensu partium delegare de appel. cum speciali

Item si p se vel p alium functus sit officio suo semel. amplius nō potest cognoscere. de offi. dele. in litteris. Item si ad certū tempus sit data iurisdicō nisi de cōsensu partium proget et hoc ante lapsum tēpis. de offi. dele. de causis

Item si fuerit archiepiscopus non debet iudicare de causis suoz suffraganeoz nisi p appellatōnem ad eū fuerit delata causa vel deuoluta. vel a suo superiore hoc habeat. de offi. deleg. cum non ignores.

Item si ppiū nomē iudicis fuerit expissum eo mortuo successor nō potest cognoscere. de offi. legat. Item si mador decellerit re integra. nisi facta citatione non potest cognoscere. d officio dele. insinuate. Item si presumat q iudex fecerit iniam ad voluntatē alterius. de eo qui mit. in pos. cum sint. Item si sit delegatus post annū a tempe lare sententie quem ligauit non potest absoluere. de of. dele. querēt

Item si sit cōmensalis aduersarij vel sit natus de terra sua vel sit in districtu vel potestate sua vel si non audeat ad iudicem accedere sine periculo mortis licet habeat litteras d cōducto. ut lit. non cōtesta. accedens.

Item si sup priuilegijs pape causa vertatur non potest alius de causa illa cognoscere. de iudi. cum cōuenisset. Item si altero iudice cōsule citatus fuerit reus non tenet respondere. d offi. dele. prudentiam. et c. cum causam

Mo qd iudex delegatus p pōgna de cōsensu partium de offi. dele. de c.

Item si p pōgna

Quid delegatus non potest delegare p pōgna de offi. dele. de c.

Exceptiones

Item si a iudice sup aliquo certo articulo ap-
pellaueit ad papam potest ipsum habere su-
specum. de appel. ad hoc. Item si p litteras l-
punciu non excusauit se interesse no posse
vel no velle. de offi. dele. p. prudentiam.

Item si no est articul⁹ expressus. de rescript.
pastoralis. in fi. no potest cognoscere de illo
articulo. de offi. dele. cu olim

Item si iudicez similis causa cōtingat. iudex
potest haberi suspensus. de iudi. causam q

Ite si sit iudex soci⁹ aduersarij. de of. iu. dele.
insinuante. qd ibi erat familiaris aduersarij.

Item aduocat⁹ sit cleric⁹ iudic⁹. potest recu-
sari ne parte foueat eius cui⁹ clericus cura-

tor est. de appel. insinuatū. **I**tem cleric⁹ non
cōmensalis potest esse aduocatus. de offi. iu.

di. c. i. **I**tem si no sint psonae secure in adeūdo
iudicio eundo vel redeundo. iij. q. ix. hōra-

mur. vt lit. non contesta. accedens. de appella-
tione. ex pre. **I**tem si cōtra iusticiā iuridicti-

onem velit differre. ff. de iur. om. iudi. l. ex ter-
ritorio

¶ De exceptionibus contra assesso-
rem.

Si grauauerit alterā pte si mādati si. ex. pōt
appellari ab ei⁹ gnamine. de pui. ex pte. q loq

tur de iudicib⁹. **I**te si no habeat psonā stan-
di in iudicio. vt si sit excōicat⁹ vt interdictus

vel supēsus vt suspect⁹. vt dictū ē de iudice

¶ De exceptionib⁹ contra auditore

Si grauauerit alterā pte si mādati fines ex-
cedit merito suspect⁹ est. de offi. dele. sup qstio-

onū. **N**ota q in omnib⁹ casib⁹ pte excipi con-
tra auditore qd supra dixim⁹. no tñ recusari

valet qd de pnsu pui admittit. nisi in supra-
dictis casibus.

¶ De exceptionib⁹ contra locum

Si plura duas dietas citet extra puincia
potest excipe. de rescript. nonnulli. 7. c. ex pte.

Ite si no sit tutū venire ad locū assignatum
pub⁹ venire no tenet. de app. ex pte. **I**te si sit

loc⁹ imminut⁹ nec sit ibi iurisperitoz copia
vt B. eo. i. statum. l. vi.

¶ De exceptionibus contra citatio-
nem.

Si sit dies feriata vt dñica vel festū solenne.
non valet si fiat citatio in dieb⁹ festiuis. fm

q notauit hostien. de ser. cōquest⁹.

Item si sit cōtra rem rusticā puet⁹. ff. de feri.
l. solet. **I**te si dilationē vt tps no habuerit. rr.

diez. iij. q. iij. §. offerat. **H**ñ intelligas bodie ēē
in arbitrio iudicis ēē. de appel. psonas. 7. c. se.

de hoc notat. **I**tem si valitudine vel tēpestas
te fuerit impedire. vel in flumine. ff. si qd cau.

l. no exigim⁹. §. si qd. **I**te si vocatus fuerit ad
maius tribunal. ff. eo. u. l. si quis seruū.

Item si ante restitutionē fuerit citatus no te-
netur respondere. de ordi. cogni. cu dilect⁹

Item si fuerit vespere citat⁹ non tenetur re-
spondere. de offi. delega. consuluit

Ite si pma citatio fuerit pemptoria. de dilat.
dilecti 7c.

¶ De exceptionibus contra excusa-
tores.

Si sit simplex nūci⁹ no valet. extra de pui. ex
pte. sicut munit excusator sic pte mutipcurator

de do. 7. pui. cu dilect⁹. **E**t intellige fm qd
de pui. qrelam. **I**te si no expressit causam ab-

senne istius quē excusat. de offi. dele. si p de-
bilitate

¶ De exceptionib⁹ cōtra actore

Si actor est piur⁹ no potest habere illam
quam petit. nec ipsam petere. de iure iu. que-

relam. **I**te si ppetuo renūciavit rei petite. de
rescript. ex pte. **I**tem si retro acuitata non fue-

runt in scriptis redacta. de pbat. quoniā con-
tra. **I**tem excōmunicat⁹ de offi. dele. p. prudent-

tiam. §. sexta. 7. de excep. a nobis

Item excōmunicat⁹ non pstat cautionem
stare mandatis ecclesie absolui non debz. de

sen. excom. q in dubijs. **I**tem si aliquis fue-
rit excōmunicatus 7 litteras speciales ad ali-

quos iudices delegatos vel testes sue absolu-
tionis non habuerit. de sen. ex. sicut nob

Item si sit absolut⁹ 7 non ab eo a quo debet
absolui. de offi. ordina. p. prudentiā. §. sexta. **S**i

pluribus causis fuerit excōmunicatus. 7 ab
omnibus no fuerit absolutus. de sen. excom.

cum p causa. 7. c. officij

Item si sit libertus vel seru⁹. de ser. non or. d
famulis. ff. de in ius vo. l. iij.

Item si no fuerit psecut⁹ appellationē suam
infra terminū cōpetentē valet snia pipsus la-

ta. extra de appel. romana. 7. c. psonas

Exceptiones

De exceptionib⁹ contra libellum

Si sit obscurus q̄a p eo nihil reputat dicere ff. de interro. act. l. de etate. §. si q̄s. vbi dicit q̄ nihil interest. aut neget aut taceat q̄ interrogatus obscure r̄ndeat aut incertū relinquat litigatorem ad idē. ff. de cōfess. l. certū. Itē si articulus sup quo cōuenit non exprimat non tenet r̄ndere. de offi. dele. cum olim. Item si non cōtineat in libello p̄sona iudicis. nomē actoris ⁊ id qd petit. ij. q. viij. libellonū

Item si pcurator vlt̄ iudicis petirem ecclesie. vt. C. de epi. ⁊ cle. autē. sed hodie. ⁊ ibi nomine suo non potest petere cum habeat potestatem autoritatē ⁊ vilitatem non directā indecens enim est q̄ qui non potest directe posset deducere in iudiciū. ff. de iure delibe. aut p̄tor

De exceptionib⁹ contra testes

Si testis sit ex cōmunicatus. de testi. veniens. si non fuit p̄sens ⁊ vocatus testificat se vidisse. ix. q. iij. §. de bis. de spon. ex parte Item si actor ⁊ cōsiliator in eadē causa. d̄testi. insup. Item si non fuerit p̄sens quādo testes iurarūt p̄ra quē ferēt testimonium Item si sit laicus contra clericū in causa criminali. de testi. de cetero. Item si sit sol⁹ testis de testi. licet. Item si sit eodē crimine infectus de testi. personas. ⁊ c. veniens

Item si sit per iuratus. de testibus. sicut nob. Itē si nō p̄bate vite ⁊ bone p̄uersat⁹ ⁊ fidel⁹ Itē si nō valuerit testimoniu qd p̄us dixit Item si sibi iuricē cōtradicit. aut si sint seculares p̄ra clericū. de elec. bone. de p̄ba. licet

Item si post publicatas attestaciones depoſuerunt. de testi. c. cum venisset.

Item si testi crimen obijciat non admittitur quousq; p̄bauerit se innocentē. de testi. fraternitatis. ⁊ c. testimoniu. fallit tamen in crimine lese maiestatis symonie et heresie. Item si sit criminofus vel leuis opinionis. de p̄ba. licet. Item si in quarta productione nihil sit solenniter adhibitu alis fieret contra ius d̄testi. in causis. Item si fuit renunciatiū productioni testiū non debent amplius p̄duci nisi super nouis articulis. de testi. fraternitatis. ⁊ c. tanq; ⁊ c. cum venisset. ⁊ c. ex tenore. etia; si iterum iuret. de testi. fraternitatis. ⁊ c. intima

uit. Itē quando testimoniū fuerit publicatum valet reprobatio testiū. de testi. ex p̄re

Item si sit infamis suspectus vel aliqua macula manifesta resp̄sus. vel si opponitur crimen de quo confessus vel cōuictus est. de except. deniq; de p̄sumpt. dudum. de offi. dele. prudentiam. §. sexta. Et si sit p̄cio cōductus vel non sit idone⁹ vel mutus. de testi. placuit

Item si sit de familia illius qui produxit. de testi. in litteris. Item si aliquis de suo addit mendaciū totā seriez rei decolorat. ij. q. ix. puta. ⁊ c. simplex

De exceptionibus contra diffinitiuam sententiam

Si sit lata ab eo qui non habuit iurisdictionem. de consue. ad nostram. Item si non sit lata in scriptis. ij. q. i. in primis. Item si sit lata non p̄missio ordine iuris. ij. q. vi. §. diffinitiuā. C. de senten. ⁊ inter. om. iudi. Item si sit lata contra ius. de re iudi. c. j. Item si sit lata parib⁹ non p̄sentibus. ij. q. ix. caueant.

Item si sit lata die feriata. de feriis. cōquest⁹. Item si sint plures iudices ⁊ vnus sententiauit ⁊ alter non. l. dis. qui diffinitiuā.

Item si sententia non cōtinet absolutionem vel cōdemnationē. C. de sen. ⁊ interlo. om. iu. l. p̄ses. ij. q. vi. diffinitum Itē si sit lata a iudice non sedenti pro tribunali in loco cōsuetopbi solet ius reddi. ij. q. i. in primis

Item si iudex in fine prolationis non exprimat petitionē actoris ⁊ obligationē rōne rei ⁊ eius exceptiones. Debet enim hec omnia ⁊ quidquid petitiū vel obligatus fuerit sub breuiloquio proferre. Item si iudex sit ex cōmunicatus. de re iudi. ad probandū.

Itē iudex si sniam dicat ⁊ paliū legat. C. de sen. ex piculo recuāda. l. ij. ꝛ.

Finis huius tractatus

Similiter q̄ dicitur in
de testi.

In fine testis p̄ducitur
hoc p̄batur ⁊
ad q. 62 ea